

Privilegium inter Ecclesiam nostram
Vladislaviensem, et Griscos Monachos
super possessionibus et Decimis Diver-
sis, et super testibus Boguscia.

In nomine Domini Amen. Quota et
Ordinationes, ac voluntates instabilitatis hu-
mane saepe solent variari et mutari a
posteris, si non ea quae perpetua mane-
re debent, atque stabilia literarum homi-
nunque fide dignorum testimonia ad po-
sterorum devoluta notitiam roborantur. Ea
propter nos frater Engelbertus Abbas
Cenobii Bispoviae Cisterciensis Ordinis.
Notum esse volumus Cunctis Christi fi-
delibus presentibus et futuris, quod cum
voluntate unanimi, ac pari consensu to-
tius conventus nostri assentiente, nihil-
ominus superiore nostro visitatore Do-
mino Theoderico Abbate Lubensi Crati-
slaviensis Diocesis, sufficienti Deliberatio-
ne habita, considerata utilitate, ac pro-
fectu Domus nostrae Bispoviensis, cum Ve-
nerabili Patre Domino Wislao Episco-
po Cujaviensi nostro Diocesano et ejus
Capitulo talem invidimus ac fecimus
Ordinationem et contractum, commuta-
tionem hereditatum ac Decimarum, vi-
delicet quod Ducas hereditates nostras,
nam quae Dobræ dicitur, quam ex
Ordinatione

Ordinatione generalis Capituli Cisterciensis a,
Depti sumus, a Domo et conventu de Su,
lejow, et aliam que Gyrcowo vocatur, quam
similiter per Capitulum generale, ex or
dinatione generalis Capituli Goltvridum
a Depti sumus, cum hospitali Sancti Gothar
di et aliis sibi pertinentibus aspecti
sumus, dicto Domino Episcopo et ejus ec
clesie, davius et conferimus, plene cum
omnibus utilitatibus eorum, jure perpe
tuo tenendas ac possidendas. Resignamus
eis etiam Decimas de Gyrcow, et de ubo
que Jasino, et de Scholpino, in totum quas
Dominus Petrus quondam Abbas in Su
lejow, a Domino Wolimiro olim Episcopo
Sujaviensi et ejus Capitulo nomine con
cordie acceperat Decima quacunque ac fina
li scripta contentione et lite super te
stamento, et prima Donatione inter vi
vos Comitis Bogusae Palatini quondam
Masovia Patroni hospitalis Gothardi. Recii
pientes pro iis omnibus, et predicto Do
mino Wislao Episcopo et ejus Capitulo ha
reditatem ipsorum Smech vocatam nobis
contiguam cum totali Decima, et cum
agris pratis silvis totoque lacu, et aqua
Dora plene et plane cum omnijure
quo ipsi eam possederunt, pro nobis
et Domo nostra perpetuo tenendam,
ac possidendam. Insuper recipimus ab
eis

hereditatum ac possessionum nostrarum
 videlicet De Gorzew de Trauschwitz De Stoderow
 et De Jogolino, plene sicuti nunc sunt
 in terminis et gradibus suis de agris
 cultis et incultis, ac de novalibus earum
 tam in rubetis quam in sylvis ab,
 que aliqua exceptione sortium singula-
 rium, aut specialium vocabulorum.
 Præterea pro bono pacis, et mutue
 Dilectionis inter Ecclesiam Vladislavien-
 sem, et memoratum Dominum Wisla-
 um Episcopum et Capitulum ejus, po-
 sterosque eorum ex una parte, et
 inter nos et conventum nostrum
 ac posteros nostros ex parte altera
 renunciamus nunc et perpetuo, omni
 quærelle ac questioni super testamen-
 to finali Comitis Bogusæ præfati ce-
 dentes à modo omni juri proprie-
 tati possessioni et actioni, quæ nobis in
 præsentem competebant vel competere
 poterant in futurum super bonis
 et possessionibus illius, videlicet Dors-
 no cum suis pertinentiis Lubanie,
 Micanovo (uter, Nowigrod, et Lithno,
 Demorzewij Ridaue et Mlyn, absque
 omni exceptione non obstante Pri-
 vilegio ejusdem primo et principa-
 li super Dotatione Hospitalis Sancti
 Gothardi, et pertinentiis ejus non ob-
 stantibus

stantibus quibuslibet papalibus privilegiis
legatorum, aut principum quorumcumque
super confirmatione donationis prime
vel testamenti facti inter vivos. Re-
tinentes pro nobis locum et Ecclesiam
Sancti Gothardi qua hospitale dicitur
in altera parte visle in Sena Wladi-
slavia cum suis antiquis possessioni-
bus, et earum pertinentiis, adjunctis du-
abus villis Metopolic et Honorzewo
resignatis nobis per Dominum Wo-
lunium Episcopum prenotatum, quas pre-
fatus comes Boguslaw Hospitali Sancti
Gothardi decedens reliquit in ultima vo-
luntate. Promittentes nos bona fide omnia
prefata rata et illibata nos perpetuo ser-
vaturas, nec a nobis de cetero, nec a no-
stris posteris horum debere fieri que-
stionem aut revocationem. In cuius
facti et ordinationis testimonium pre-
sens scriptum super eo confectum, no-
stri et Domini Abbatis Lubensis superio-
ris et visitatoris nostri, cuius interest huc
omnia nobiscum ratificare et confirmare
et dominorum coabbatum ejus de Hen-
richow et de Kamien sigillorum nu-
nimine dedimus Domino Wislao Episco-
po premisso et ejus capitulo commu-
nitum, Acta sunt huc publice in Se-
na Wladislavia Anno Domini MCC.
XXX. VIII. in festo Beati Vitalis Marti-

vis

nis iuditione prima. Huius facti testes
 et ordinationes principales asseores
 sunt ex parte nostri. Fratres, Hiero-
 nimus Prior, Bercholdus Supprior, Jo-
 annes Cellarius, Gerlatus Granarius,
 Jacobus custos Wolmarus Subcellarius
 Gwirardus Cantor, Nicolaus Magister cum
 Ervino providores De Sancto Johanne,
 et hi omnes Monachi. Sacerdotes. Amen.

